

PRIMÆ PARTIS

MONUMENTORUM AQUENSIUM

Donatio Ecclesiæ S. Michaelis facta ab Anselmo, & Vidone monasterio S. Petri Aq. ex Membrana lacera Tabul. Mon. S. M. Aq.

Nos Anselmus qui, & Balduinus filius quondam Arderici, & Emilia jugalibus filia Aroldi cum Vido filius quondam Bernardus, & Antia jugalibus filia quondam Oberti qui professi sumus nos omnes jugalibus ex natione nostra lege vivere salica: ipsi namque jugales nostros nobis consencientes, & sup̄ter confirmantes offertores, & donatrices ipsius monasterio S. Petri præsens præsentibus dixi: quisquis in sanctis, ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus juxta octoris vocem in sæculo centum accipient, & insuper quod melius est vitam possidebunt æternam; ideoque nos qui supra jugalibus donamus, & offerimus in eodem monasterio S. Petri a præsentis die pro animas nostras & nostrorumque parentibus mercedem, idest capella una, quæ est ædificata in honore S. Michaelis cum omnibus dotibus ad ipsam capellam pertinentibus juris nostris, quorum supra jugalibus, quam abere visi sumus in loco, & fundo (1) & est area de ipsa capella cum omnibus dotibus a se pertinentibus pro mensura justa superioris jugias quinque, & si amplius de nostro & nostris rebus, & ipsa dotibus pertinentibus inventum fuerit, quam ut supra mensura legitur per anc cartam offercionis pars ipsi monasterio persistat potestate proprietario jure, qua autem pro infra scripta capella cum omnibus a se pertinentibus juris nostri superius dictas una cum accessionibus, & ingressu seu scalloras eorum, seu cum superioribus, & inferioribus suis, qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monasterio S. Petri, & istam capellam cum omnibus dotibus a se pertinentibus donamus, cedimus, & conferimus, & per præsentem cartam offercionis ibidem abendum confirmamus insuper per cultellum fistucam notatum vantonem, & valonem, terræque ramum arboris, & nos exinde foris expuli varpivimus, & a se & e se de nostra parte ipsi monasterio abendum relinquimus faciendum exinde a præsentis die Monachis de eodem monasterio S. Petri tam ipsis quam ordinatis fuerint, ac eorum usu, & fructu proprietate ipsius monasterio quidquid voluerint pro anima nostra, nostrorumque majoribus mercede, & si unquam abba de eodem monasterio S. Petri dederit prædicta capella, & dotibus beneficio aut per libello, sive pro precaria commutatione, aut pro quocumque ingenio alienaverint tunc statim veniat ista capella cum omnibus dotibus

P. I.

bus a se pertinentibus in potestate proprio parente superscripti Anselmus qui & Balduinus & Wido & ut in potestate ipsorum sicut pro tempore fuerit, & tamdiu permaneat in eorum potestate, quoad usque venit abba, qui vendicionem moneci haberi promiserit sicut superius & proprietate monasterio quidquid voluerint sine omni nostra, & hæredum, & prohæredumque nostrorum contradicione vel repetitione. Si quis vero quod futurum esse non credo nos ipsi jugalibus quod apsimus, aut de hæredibus, ac prohæredibusque nostris, seu qualibet opposita persona contra hanc cartam offercionis fore quandoque tentaverimus, aut eam per covis genium infringere quæserimus, inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerit multa, quæ est pena ori optimi uncias centum argenti ponderas duocentum, & quod repetierimus vindicare non valeamus, & nos qui supra jugalibus una cum nostris hæredibus, ac prohæredibus pars ipsius monasterio offertio qualis superius legitur in integrum ab omni homine defendere, quod si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquid per covis genium subtrahere quæserimus, tunc in dublum eadem offertio pars ipsius monasterio restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis, aut valuerit sub æstimatione in consimilibus locis, & bergamena cum atramentario de terra elevavi. *Sequitur eodem caractere.*

Ubertus de Bengone, Bello, & Rufinus de Moro fuerunt confessi & protestati, & ad sancta Dei Evangelia propriis manibus suis juraverunt, quod ipsi nunquam fuerunt in aliquo loco, ubi domina Sibia Priora monasterii S. Michaelis de Bosco, neque aliqua de monachibus dicti monasterii fuissent cum delegatis legatorum domni Apostolici in causa & quod ipsi non viderunt, neque audierunt prædictam Prioram, neque aliquam de consorioribus prædicti monasterii facientem aliquam confessionem ipsis delegatis, neque alicui personæ de illa controversia, quæ vertebatur inter ipsam Prioram nomine prædicti monasterii S. Michaelis, & dominam Bonamdonnam Abbatissam S. Mariæ de Aquis, & quod ipsi non audierunt, nec viderunt ipsos delegatos præcipientes alicui notario inibi cartulam faciendi, neque viderunt aliquem Notarium aliquod instrumentum facientem, neque tractantem, neque inibi loquentem, & neque inibi pœnam ponentem, & quod ipsi non fuerunt inibi testes notati, & nullo modo non interfuerunt ibi testes. Unde ipsi ambo hanc cartam fieri rogaverunt.

A tergo rotuli: Exemplar cartæ donationis capellæ S. Michaelis de Boschis de citra pado.

(1) *In apographo hic spatium vacuum.*

G g